

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid ... Ad  
Exequias quae Nobilissimae Foeminae Barbarae Lützowen ... Johan von der  
Lühe p.m. relictæ viduae hodie parantur, Omnes omnium ordinum Cives  
Academicos ... invitat & hortatur : [P.P. Rostochii Die 5. Martii Anno 1638. sub  
sigillo Rectoratus]**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770349161>

Druck    Freier  Zugang



Kleinschmid, J.

in

B. Lützow,

uxor. J. v. d. Lühe.

Rostock. 1638.

62



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770349161/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770349161/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770349161/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770349161/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770349161/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770349161/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA

X 84.  
Quo

Rector Universitatis Rosto-  
chiensis

JOHANNES KLEIN-  
SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXEQUIAS

quæ

NOBILISSIMÆ FOEMINÆ

BARBARÆ  
Lützowen/

Nobilissimi ac strenui Viri,

JOHAN von der Lühe

p. m. relietæ viduæ hodie parantur,

Omnes omnium ordinum Cives Academicos ad  
horam med. 2. in templo Mariano officiose in-  
vitat & hortatur.

ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILI, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.



**B**itur nobilitas generis, magnum per se  
ornamentum est, tamen longè illud  
majus & præclarius evadit, cum orna-  
tur accessione virtutum aliarum, præ-  
sertim in posteris à prima origine re-  
motioribus. Ac virorum quidem virtutes alia occa-  
sione producemos, mulieres in egregio exemplo,  
quod ante oculos est, sed leviter & pro ratione tem-  
poris intuebimus: ut hinc quoq; certum & perspicuū  
fiat, mortis necessitatē in omni hominum ordine  
tantam esse, ut illum nobilitatis, sive virtutibus orna-  
tæ, sive non ornatæ invadere, & corripere audeat, neq;  
magis ei quam plebeio parcat. Cui ergo dicat aliquis  
bono virtus, eq; debita cultura, cum pariter, vel etiā  
citius à morte occupetur is, in quo ea est, quam quivis  
ignavus, & in quo non est. Respondeat vatū ille prin-  
ceps, *Stat sua cuig dies, breve & irreparabile tempus*  
*Omnibus est vita, sed famam extendere factis,*  
*Hoc virtutis opus.*

Hoc nimirum agunt personæ, non majorum tantum  
virtute, sed sua quoq; nobiles, ut ne idem tumulus,  
quo humata corpora obruuntur, nomē quoq; hone-  
stum, & famā obruat. Nec satis habent, ut in isto ma-  
jorum nobilium catalogo, tantum numeri locum  
teneant, nullo rei bene gestæ titulo insignes, sed ut  
fortitudinis, magnanimitatis, justitiæ, prudentiæ, fa-  
mam, viri; castitatis, amoris erga maritum, & liberos,  
fidei, pietatis, beneficentiæ erga pauperes, fœminæ, &  
occupent,

occupent, & ad posteros propagent. Quales sunt istae  
Biblicæ Veteris Testamenti, Rebecca mariti, quæ non-  
dum viderat, amans, Rutha senis, quæ neglecto juve-  
num desiderio prosequebatur, Hanna Samuelis ma-  
ter pia & religiosa, Abigail prudentia insignis, Esthe-  
ra obsequens, & modesta, Susanna casta, mater septem  
filiorum sub Macchabæis magnanima & fortis: ut hac  
vice illas Novi, & ex profanis monumentis, quæ ma-  
gno numero produci possent, silentio præteream. Has  
omnes generis, & familiæ suæ nobilitas morti surripe-  
re non potuit, famam tamen virtutum ab se cultarū,  
non ad posteros tantum suos, verum etiā alienos ex-  
tenderunt, & nomine, quod nulla delebit oblivio, im-  
mortalitatem consecutæ sunt. Sed ad id veniamus,  
quod agendum est. Obiit nuper Nobilissima, pietate,  
probitate, beneficentia & aliis virtutibus eminens  
atq; excellens matrona BARBARA Lüßowen/ vitam  
hanc ingressa Anno 1588, ea die Dominica quæ Mis-  
ericordias Domini dicitur, inter septimam, & octavam  
matutinam. Pater eius fuit Vir Nobilissimus Claus Lü-  
ßow/ Ducatus Megapolitani, Comitatus Suerinen-  
sis, terrarum Rostochij, &c. Marschallus hæreditarius,  
in Eichhof/Hülßburg & Backendorf/hæreditarius Do-  
minus. Mater Nobilissima pietate & virtute ornatis-  
sima foemina Barbara Wangelins/ Nobilissimi stre-  
nuiq; viri Hieronymi Wangelins/ Domini Hæredi-  
tarij in filiis/ legitimè nata filia, Pater Claus Lüßow/

pie ex hac vita decepsit Anno 1588, die 2. Julij in hæreditario prædio Hülßburg / & in alterius Eichhoff ædem cui nomen Eichlenberg in locū Dormitorij sui translatus, ac terræ in ea commendatus. Avus paternus ei fuit Dn. Jochim Lüßow / provinciæ Megapolit: hæreditarius Marschallus, & Consiliarius intimus, hæreditarius Dominus in Eichhoff Lüßow & Hülßburg. Avia paterna fuit Matrona Nobilissima Margareta Halberstadt / de domo Campze. Avus maternus fuit supra dictus Hieronymus Wangelin / hæreditarius in Sillz. Avia materna fuit Margareta Linstowē de domo Lüdkendorff. Proavus paternus fuit Herr Nicolaus Lüßow Eques, Consiliarius Megopolitanus, & provincialis Marschallus hæreditarius, Dominus itidem hæreditarius in Eichhoff / Lüßow & Hülßburg. Proavia paterna fuit Gese von Reventlowen de domo Erüheboth ex Holstacia. Proavus maternus fuit Heinrich Wangelin / consiliarius provincialis Megopolitanus hæreditarius in Sillz. Proavia materna fuit ex genere der Fieneken / de domo Neuenhoffe. Abavus paternus fuit Henninge Lüßow / provincialis Marschallus hæreditarius in Eichhoff / Dominus hæreditarius. Abavia paterna fuit ex genere der Rauen de domo Stücke. Abavus maternus fuit Jochim Linstaw / de domo Lüdkendorff. Abavia materna ex genere der von Oldenburg de domo Gremmelin. Cæteri majores nobilissimi, lineæ paternæ fuerunt s. 1. Die Rankowen. 2. Der Sperling. 7. Der

Der

Der Guldenstern. 8. Der Oberbergen. Lineæ vero maternæ,  
5. Der Hoeben. 6. Der Smecker. 7. Der Vieregg. 8. Der von  
Bredawen. Longa sane & generosa series virorū Nobilissi-  
morū, fortissimorum, prudentissimorum, strenuissimorum,  
& fœminarum nobilissimarum, pietate, & omni virtutum  
genera florentissimarum: Ecquid illa non generosum atq;  
eximum produceret? Cum ergo hujus Beatæ nostræ parens  
pie defunctus esset; ut ante dictum, ab relicta vidua matre,  
quaæ jam defuncti patris vicem fungebatur quoq; hæc filia  
BARBARA diligenter & sollicite, in studio pietatis, ca-  
stitatis, laboris Oeconomici, & aliarum virtutum ita educa-  
ta, & producta est, ut virginem tali tantaq; prosapia digna  
decebat, & matri non solum dexterimam operam in re fa-  
miliari præstítit, sed morum quoque concinnitate, ac dex-  
teritate solatio, lætitiaeque fuit. Habemus ergo pri-  
mum in hac defuncta Virginem nobilem genere, nobilem  
pietate, castitate, morū elegantia, & aliarum virtutum stu-  
dio: In quo usq; ad annum 1614. perseveravit. Eo enim an-  
no Vir Nobilissimus ac strenuus Dn. Johan von der Lühe/  
Regiae majestatis in Svecia Magister Equitum, Dominus  
Hæreditarius in Colshaw & Liegen/ eam legitimè ambivit, &  
pleno consensu matris, atq; avunculorum accedente, Gu-  
strovij in templo Urbis, Mense Januario pactam atq; Spon-  
sam sibi impetravit. Nuptiæ paulo post sequenti Bacha-  
naliorum festo apud Nobiliss: & strenuum p. m. Virum  
Gebhard von Wittorpff in Lüdersburg vnd Horenburg/Domi-  
num hæreditarium affinem honorandum, solenniter cele-  
bratae sunt. Quæ ut cœperant institui feliciter, summo  
amore atq; concordia cultæ colligate, ac firmatæ, ita per  
septendecim annos continuo pacis concordiæ atq; amo-  
ris cultu progressu, & incremento durarunt, filiola quidem,  
ex isto conjugio in hanc lucem edita, quam ipsa tamen

A 3.

oculis

oculis haud usurpavit. Ab anno igitur trigesimo primo, quo maritum amisit, in viduitatem redacta, virtutes ei quoque viræ convenientes pie & constanter coluit, per hos septem annos: quorum hoc postremo die 5. Februarij correpta fuit morbo, eoque haud levi seu perfunctorio, sed gravi omnino, periculoso, & ut eventus docuit, lethali. Quod cum ipsa persentisceret humani auxilii spe destituta, & abjecta, ad Deum ejusq; opem sibi configiendum putavit, quam sine dubio impetravit, cum die 8. ejusdem mensis Deo reconciliata, corpore ac sanguine Redemptoris ac Servatoris sui recreata ac refecta, quinto die post, videlicet 13. Februarij, Anno ætatis quinquagesimo spiritum suum in manus Dei commendans, beatè ac feliciter obdormivit. Quia forte vitam ingressa sit hæc piè defuncta nostra, qua via sit progressa, usq; ad annos matrimonii, quam in matrimonio vitam coluerit, quā in statu viduo, usq; ad egressum ex hac vita, tanquam distinctis actibus, ex brevi commemoratione intelligitur. In primo quidem actu, id est, in ipso ortu, nihil habemus præter eximiam generis nobilitatē, quam parentibus & majoribus debet. Eam qui sortiuntur, habent, sanc pro quo Deo gratias agant, sed & magnam virtutis expectationem sibi impositam habent, cui nisi satis faciant,

*Non honor est, sed onus, species laitura ferentes.*

In secundo actu, jam incipiunt semina generosè indolis herbescere: prominere incipit studium pietatis, obedientiæ matris debitæ, pudoris casti decus nobilis virginis in primis decorum, morum elegantia, & concinnitas, non generi tantum, sed & educationi respondens, & aliæ hujus generis virtutes. Hi mores quid mirum, si generosum viri animum, quasi illicia quadam primo commoverint, deinde in amorem ejus traxerint, ut irrupta sibi copula eam jungeret, quam ornamento, gaudio, emolumento, ac levamento sibi futuram, certa

certa sibi fiducia promittebat. Neq; hæc fortem virum opinio fecellit, cui illa vitam suam si opus fuisset instar Alcestidis illius Tragice devovisset, imo bis mori passa fuisset, si animæ superstitione pepercissent. In hoc igitur tertiae vitae actu Conjugalis ille erga maritum Amor, tam nobili heroina dignus præcipue eluxit, eamque matronarum, præcipue quodam viri amore ardentium, ordini inseruit. Quartum deniq; actum viduitatis eximie ornat Religiosus, & nuncquam intermissus Dei cultus, patientia Christiana, cum in excipiendo, & ferendo vulneris, quod ex mariti obitu acciperat, dolore, tum in duplicata laboris atque oneris molestia, quæ facit, ut viduæ domus non solum  $\alpha\pi\lambda\gamma\varsigma$  imperfecta habeatur, sed &  $\pi\pi\eta\varphi\mu\epsilon\eta$  mutilata. Ad hæc privatae viduitatis incommoda accesserunt etiam publica, quæ virum postulant, vel certè virilem animum, quem omnino hæc nostra in iis preferendis habuit atque ostendit. Deniq; mors ipsa accessit, quæ cum sit ultima rerum linea, omnes præcedentis meditationis vires accersit; nihilque in ea fucatè geritur, nihil personate, nō est amplius in ista scena simulanti locus. Hic demū animi sui recessus aperuit, & præter ceteras jam indicatas potius quam explicatas virtutes, unam exhibuit in ista fortuna minime tacendam. Consuetudo est recepta potius, & usitata, quam laudata, ut in ipsis etiam exsequiis nonnulla fiant; quæ luctuoso tempori & actioni parum convenient, id illa moriens fieri vetusse dicitur suo in funere. Quid aliud Beatissima mulier dicere voluit, quam quod res erat. Vixi hactenus in seculo vitioso, quod fastui, & splendori intempestivo amicum est: Vanitatem ejus, ut semper exosam habui, ita nunc maxime aversor. Cor contritum, & humiliatum Deus respicit, id Spiritus S. beneficio in me exactum, Deo oblatum volo, homines vero superstites ejus re testimonium, ut mihi perhibeant, peto. Sed prolixior  
rem

rēm hujus quoque virtutis commendatiōnēm non admittit  
modus nostri propositi, cum satis etiam hac brevitate o-  
stensum sit, hanc matronam beatē mortuam non sola majo-  
rū virtute, sed suā quoq; nobilem, in serie genealogica insi-  
gnem esse. Quicunq; igitur tam pīæ, tam honestæ matronæ  
obitu dolent, eos primum Dei, omnia humana providentis,  
ordinantis & gubernantis paterna voluntas consolabitur.  
Deinde naturæ humanae necessitas, cui omnes subjecti su-  
mus, nemo unquam subductus est, nemo subducetur. Tum  
vitæ actæ pietas & integritas: Etsi enim triste sit ac dolen-  
dum amittere quem dilexeris: tamen optabilius est, hone-  
stam decadentis existimationem funeri superesse, quam su-  
perstitum sibi gratulantiū, quod ista molestia liberati sint,  
licet suppressam, in ipso tamen luctus tempore non obscu-  
ram lætitiam. Denique calamitosa facies nostrorum tem-  
porum, quibus, qui liberatur, per beatum ex hac vita disces-  
sum, non est lugendus. Denique spes resurrectionis nostræ  
ad vitam æternam, fundata in resurrectione capitis & ser-  
vatoris nostri. Nostra quoque opera si accedat, faciemus  
quod officii nostri fuerit, & ingentibus hujus defunctæ ma-  
tronæ propinquis condolentiam nostram declarabi-  
mus, probabimus, atque ita bene merebimur, non de lu-  
gentibus tantum, sed de ipsa quoque Academia, ad quam  
nonnulla pars, ex laude, & approbatione hujus officii redū-  
dat. Facite ergo Cives Academicí, quod vobis fieri velitis,  
& Nobilissimę matronę exsequias ite, inter cundum Deo sa-  
lutem Provincię, Academię, & Urbis commendate, vestram-  
que mortalitatem serio cogitate, ac meditamini. Conven-  
tus fiet, in æde Mariana ad horam medianam secundam.

P. P. Rostochij Die 5. Martij Anno 1638. sub  
sigillo Rectoratus.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770349161/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770349161/phys_0013)








Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn770349161/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770349161/phys_0015)

DFG



certa sibi fiducia promittebat. Nemo fecellit, cui illa vitam suam si dis illius Tragice devovisset, immo nimae superstitione fata percussissent. actu Conjugalis ille erga maritum na dignus præcipue eluxit, eamq; quodam viri amore ardentium, ordinique actum viduitatis eximie quam intermissus Dei cultus, pati excipiendo, & ferendo vulneris, ceperat, dolore, tum in duplicata stia, quæ facit, ut viduæ domus non habeatur, sed & μητρῷ μένη mutilatatis incommoda accesserunt etiam stulant, vel certe virilem animum, in iis perferendis habuit atque ostendit, quæ cum sit ultima rerum meditationis vires accersit; nihil personate, non est amplius in istis. Hic demum animi sui recessus aperit indicatas potius quam explicatas vi in ista fortuna minime tacendam. potius, & usitata, quam laudata, unde nonnulla fiant; quæ luctuoso tempore veniunt, id illa moriens fieri vetus. Quid aliud Beatissima mulier dicerat. Vixi hactenus in seculo vitiis dori intempestivo amicum est: Varias exosam habui, ita nunc maxime ave humiliatum Deus respicit, id Spiritu citatum, Deo oblatum volo, hominum rei testimonium, ut mihi prohibeamur.



em virum opiniatur Alcestis fuisse, si aurum tertiae vitae nobili heroium, præcipuo. Quartum osus, & nuptiana, cum in morti obitu aconteris molevis imperfecta privatae viduæ virum potio hac nostra quæ mors ipsa præcedentia geritur, ulanti locus: ceteras jam am exhibuit. est recepta in exsequiis in paru concio in funere, am quod res cui, & splen- s, ut semper contritum, & dio in me exercitantes ejus ad prolixiorum

rem